ssus est Noe et filij eius: uxor eius
et uxores filiorum eius cum eo in ar:
cam propter aquas diluuij. De anima
tibus quoque mundis et immundis &
de uolucribus, et ex omni quod mo:
uetur super terram duo et duo ingre:
ssa sunt ad Noe in arcam mascu:
lus et foemina: sicut praeceperat Dominus
Noe. Cumque transissent septem dies
aqua diluuij inundauerunt super terram.
Anno sexcentesimo uitae Noe mense
secundo: septimodecimo die mensis
rupti sunt omnes fontes abyssi ma
gnae: & cataractae caeli apertae sunt
et facta est pluuia super terram qua
draginta diebus et quadraginta noctibus.
In articulo diei illius ingressus est Noe
et Sem et Cham et Japhet filij
eius: et uxor illius et uxores filio
rum eius: cum eis in arcam: ipsi &
omne animal secundum genus suum u:
niuersaque iumenta in genere suo: cu: